



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula CIV. Consecrationis Episcopalis testimonij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

## FORMULA CIV.

*Consecrationis Episcopalis  
testimony.*

**R**odericus Dei &c. Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus N. &c. Universis, & singulis præsentibus litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per præsentibus, quod nos de mandato, & commissione sanctissimi Domini nostri Domini N. divina providentia Papæ N. per suas litteras Apostolicas Bullatas, sub datis &c. & per nos debita cum reverentia recepto, post præsentationem, & publicationem dictarum litterarum in tali Ecclesia &c. assistentibus nobis Reverendissimis Patribus DD. N. & N. Episcopis Reverendissimum in Christo Patrem DN. eadem Dei, & Apostolicæ Sedis gratia electum, & confirmatum Episcopum N. (recepto prius ab eo debita fidelitatis juramento) in Episcopum consecravimus, manusque Episcopalis consecrationis eidem præsentibus, & humiliter flexis genibus, devotè recipienti, & acceptanti impendimus, caput, & ejus manus oleo, & sancto chrismate unguendo, baculum Pastorem tradendo, & annulum, ut moris est, digito ejus ipsum subarrhando, coronam, seu mitram capiti ejus imponendo, chirothecisque ejus manus inducendo, ipsum ut Episcopum, & Pastorem in sede, seu sedistorio inthronizavimus,

cum cæteris aliis cæremoniis in similibus adhiberi solitis, & juxta formam, & consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ in talibus observari consuetas, cooperante nobis gratia Spiritus septiformis. In cujus rei testimonium præsentibus litteras fieri, sigillique nostri jussimus impressione muniti, ac per Secretarium nostrum infra scriptum referendari. Dat. in tali loco, die, mense, &c. anno &c. indictione &c. & Pontificatu &c. præsentibus ibidem N. N. N. testibus ad præmissa vocatis & adhibitis, & quamplurimis aliis discretis viris eidem actui assistentibus &c.

## FORMULA CV.

*Mandati procure ad capiendam possessionem alicujus Episcopatus.*

**I**N nomine Domini, Amen. Per hoc præfens publicum procuratoris instrumentum cunctis pateat evidenter, & sit notum quod nos N. &c. Cum igitur à sanctissimo Domino nostro, Domino N. divina providentia Papa N. ad electionem, & præsentationem de nobis factam ab invictissimo Domino nostro Philippo Rege Catholico de dicto Episcopatu N. per obitum Reverendissimi Domini N. illius ultimi possessoris (vel per ascensionem & promotionem Reverendissimi Domini N. illius ultimi possessoris, ad Episcopatum, vel Archiepiscopatum N.) provisè extiterimus,

prout